ſtupenda temeritate typis excuſa extat, apudqve multos, & hic qvoqve poſterior apud Clariſſ. Olaum Rudbeckium, fidem & æſtimationem haud exiguam meruit. Porro certo ſimile eſt, urbem inſulæ Frislandiæ primariam, tanta piſcium copia abundantem extitiſſe, ut Belgæ pariter ac Britanni, nec non Angli, Scoti, Norvegi & Dani copioſe eos peterent, & inſulani ex iis ingentes opes cumularent: nihil tamen in harum gentium annalibus de iis, & ne veſtigium de ipſa Frislandia & commerciis cum incolis usqvam exſtare. ne Norvegis qvidem aut Islandis, qvi in illorum terra & aulis freqventes bellis etiam adhibebantur, alii commercia exercebant, conſtare, in ditione unqvam fuiſſe Frislandiam, ſibiqve vi a Zichinno ereptam, nec unqvam (qvod tamen

regi-